gnitus/cognitionis omnis uacatione per aliquid cognitione præſtātius eſt
unitus. Ex eo enim ꝙ cognoſcit nihil/intelligentia trāſcendēdo cognoſcit.
℄ Quomodo auferendo gradatim aſcendamus ad deum tum in homine
tum in mundo toto/tum in ſole. ℄ Mar ſilius.
I fecit deus hominē ad imaginē ſuā/certe eſt in homine ſtatua dei/
ſ ꝗ̄uis additamētis abſcōdita. Primo igitur ſepara corpus ab anima.
Secundo: ab eadem corporeas paſſiones. Tertio: Imaginationes a
rōne. Quarto: rationales diſcurſiones ab intellectu. Quinto: Intellectualē
multiformitatē ab ipſa animæ unitate. Sexto ab hac unitate animalē itelle
ctualēqꝫ cōditionē. In ſeptimo gradu (ut arbitror cōquieſces. Inuenies.n.
ipſam ſimpliciter unitatē.i.deum ſub tali quadā unitate latentem. ℄ Mun
dum quoqꝫ deus ſtatuā ſuā fabricatus eſt. Sed uelaminibus multis opertā.
Subtrahe primo materiam. Relinque cætera. Iā habes ubiqꝫ cælū cui multi
materia ademerūt. Deme rurſum cæleſti huic mūdo dimēſionē. Serua for
mas oēſqꝫ motus formarū. Nactus eris aiam uniuerſam. Tolle ſi placet mo
tus: formis oīno ſeruatis. Vniuerſum mox poſſides intellectū: ſed huic au=
ferto diuiſos inter ſe uelut in cælo formarū radios. Accipe lumē ipſum in
ſe principium radiorū/nec diſperſum per radios: nec certis radiorū ſpecie=
bus determinatum: ſed abſolutiſſimū & ſimpliciſſimum & imēſum. Quod
& ipſum bonū eſt omni ſemper intelligētiæ uoluntatiſqꝫ conatu quæſitū.
Hac igit̄ ratione gradatim auferēdo/deū ipſū primo ex mūdo paruo: rur
ſumqꝫ ex mundo magno fœliciter inueniſti. ℄ Tertio: forſan inuenies ſi=
militer ex mundo ſolari. Cogita colores omnes luceſqꝫ rerū: ita ex ſole pro
fluere ſempqꝫ ſeruari/ut nihil ferme ſint aliud ꝗ̄ ſolis ipſius lumē/ſub rebus
occultū. Quāobrē ſi abſtuleris a coloribus ubiqꝫ terrenis/terrenā craſſāqꝫ
myſturā. A coloribus uero nubiū quandoqꝫ fulgentiū aqueū terreūqꝫ fum=
mum. A lucibus tandem igneis ſtellaribuſqꝫ myſturā igneā proprietatēqꝫ
ſtellarē. Atqꝫ his ita ſublatis/lucem pro uiribus cōſeruaueris. Solē iam ha
bebis. ℄ Vbi ſi molē/ꝓprietatēqꝫ ſolis ademeris/luce ſeruata/reportabis
ex hoc ſole deum/ſolis reuera ſolē. Certis inde remotis limitibus per immē
ſum regnantē ubiqꝫ totum. Sic enim beneficiū primi boni lumē rebus oī=
bus inde bonis & pulchris & appetendis eſt/infuſum/quemadmodū ſolis
lumē coloratis oībus/atqꝫ lucētibus. Nec nō ſimilibus ferme gradibꝰ diſtri=
butū. Sed quō ꝑ gradus rerū q̄bus ue rōnibꝰ aſcēdat̄ ad deū. In lib. epl'arū
ſecūdo & in theologia: ac lib. de raptu Pauli ad tertiū cælū latiꝰ diſputamꝰ.
℄ Quomodo auferendo omnia quæ ſunt/procedamus ad Deū. Et cōtra=
ria ratione auferamus atqꝫ ponamus. ℄ Dionyſius.